

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Inanis impetus. Emblema CLXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Inanis impetus.

EMBLEMA CLXV.



L VNAREM noctu, ut speculum, canis inspicit orbem,
 Seq; videns, alium credit inesse canem,
 Et latrat: sed frustra agitur vox irrita ventis,
 Et peragit cursus surda Diana suos.

COMMENTARI I.

- I. **I**N cælo nocturno astris micante Luna pleno orbe radios suos demittit, sub qua canis magno impetu & latratu assiliētis forma exprimitur.
- II. **V**NDE petium sit hoc Emblemata, non satis constat, nihil tamen habet difficultatis. Vide adagium, *Inanis conatus*. Oryx genus quoddam canis est apud Ægyptios: Is, teste, Oro Apolline, Lunam exorientem allatrat, clamoreq; magno illam prosequitur: vnde pro imputitate apud ipsos Ægyptios ponitur. Plinius ta-

men lib. 2. Natur. Histor. cap. 40. Orygen, inquit, appellat Ægyptus feram, quam in exortu (Caniculæ sideris scilicet) contrà stare, & contueri tradit, ac velut adorare cum sternerit. Idem lib. 8. cap. 53. orygen inter semifera animalia numerat: Sunt & oryge: s. soli à quibusdam dicti contrario pilo vestiti, & ad caput ves. fo. Eius quoq; facit mentionē Columek. lib. 9. c. 1.

LVNAREM orbem] Lunam. quam canis inspicere ut speculū; vel quæ ei videbatur ut speculum. Hæc inspectio reho-

III.

Xx 4 cat

Oryx.

cat mihi in memoriam Iepidum cu uldā Itali carmen, quo Solem, & Lunam comparat, Lunamq; Soli præfert, quod se patuatur aspiciere, non item Sol. Sic autē ille:

Compa' a
tio Solis
& Luna
O del S. l' vaga suora,
Ben puoi dirti al suo par degna e possiete.
S' egli le chiome indora,
Tu le corna in argente.
S' egli al giorno dà luce,
Tu la notte saveni.
S' egli de l'anno e duce,
Tu'l mese anco mantieni.
E s' egli hà l' hore ancelle,
Tu hai serue le stelle.
Ma in ciò l' auanzi e passi
Ch' egli a bbarbagia, e tu mirar ti lassi.

Puto autem hic allusum esse ad id, quod in Pharmaceutria Theocritus, ubi ait, canē terreni Hecate subterranea. Cōperitum est autem canes etiam ferociores spectris nocturnis terrenti.

Canis qd
in Hiero-
glyphicis.

Canis.] Canem accipi pro conuiciatore, inuido, impudenti & maledico obtrectatore notum est; ut etiam pro adulatore & iurta. Apud Homerum, ab Achille Agamemnon incesitit, ut κυνος ὄμματ' ἔχων, qui caninis sit oculis. Ea enim canis natura est, ut eum nihil pudeat. Itaq; Iulius Pollux, Oculum is habere caninum dicitur, ait, qui nimio plus impudens est. Plautus Menach. Hecubam ait ex eo appellatam canem, quod in quoscumq; inueneretur, conuiciatrix & maledica esset. Itaq; & M. Tullius Oratione pro Roscio Amerino, alios Oratores clamare ait, non etiam nocere: alios lacrar:, qui etiā mordere possint. Cur verò canis Diogenes est nūcupatus, nisi quod mordax esset & maledicus? Hinc Cynicorum fluxit appellatio, & vox Homerica κυνόων. Apud Terent. Eunuch, canis os durum, & impudentiam significat. Catullus in quandam:

Diogenes
eur di-
ctus ca-
nis.

--- ruborem

Ferreo canis exprimat ore.
Vespasianus Imperator (apud Suetoniū) Demetrium Cynicum obuium sibi, ac neque assurgere, neq; salutare se dignātem, oblatrantem etiam nescio quid, latis habuit Canem appellasse.

Seq; videm] suam vmbra.
Et latrat] temere latratū edit, nec mī-
ni tabundus aliquid proficit.
Agitur vox irrita ventis] Sic dixit Lu-
cretius lib. 4.

Tu fac ne ventis verba profundam.

Catullus:
Idem nunc retrahis te, ac tua diēta omnia
facta;
Ventos irrita ferre ad nebulas aerias finis.
Idem Argonauticis:
Irrita ventosa linguens promissa procella.
Et ibid. Ariadna de perfidia Thesei cōque-
rens, ait se sperasse

--- optatos hymenaeos.
Qua cuncta aeris discerpunt irrita venti.
Tibullus lib. 3. eleg. 4. ad finem:
Hac Deus in melius crudelia somnia ver-
tat.

Et iubeat trepidos irrita ferre Notos.
Sur da Diana] Epitheti μεταφορὰ. Sed
confidera, num allusum sit ad prouerbū,
Surdo oppedere. Dianam verò pro Luna, à
Poetis poni, res est satis frequens.

CARPIT æmulos quosdam imita-
tores, seu, ut dixerim verius, obtrectatores Carpere
& maledicos, qui cū doctrinā vberem facilius
quādam gloriam in magno aliquo & ex-
quā
celso viro conspiciant, cōuiciis eum pro
imitari.

scindunt citius quā imitantur. Est enim
illud vulgò notum, πολλά μωήσαο θα
ρῶν ἴσιν ἢ μιμήσαο θα. In multis Momū
agere & reprehendere longe facilius quā
imitari: ut vero verius mihi Xenophō di-
xisse videatur 2. Commentar. εἰ δ' εὖ γε
ῤῥῶν ἴσιν ἴσιν ἐφρονίῳ ᾧ δὲ ἀνὴρ αἰ-
τίαν ἔχει χαλεπὸν γὰρ ἄτο τὶ τοῖσιν, prehendi
ᾧς μὲν δὲν ἀμαρτεῖν, χαλεπὸν δὲ γὰρ
ναμαρτήτος ἢ τοῖσιν ἴσιν, μὴ ἀγνοῦ-
ναι κριτὴν περὶ τὸ γέν. Non facile est, ait,
ut reperiri aliquod opus possit, in quo nihil
à quoquam reprehendatur. Est enim ar-
dium ita quicquam perficere, ut non ali-
cubi pecces. Quod si etiam sine aliquo erro-
re quidquam peragat aliquis, difficile est
non pati, aut inuenire aliquem iniquum
iudicem. Sumpta est ἔμωσις à cane in
Lunam latrante, suamque ipsius vmbra
temerè conspicante, sed qui eò plus agere
ferat, quod suo latratu Lunam non deter-
reri, neq; inceptum cursum sistere videat.
Eodem prorsus modò exercendi sunt im-
portum illi lycophantæ, ut & alienę fang
captatores, quos non modò amicum de-
spondere, sed in rabiem agi deprehendes,
cū ab ijs, qui lesi sunt, habentur con-
trui, & eos respōsō aliquo mimē dignā-
tur. Cū enim hoc vnum in primis expe-
tant, ut euulsi aculeis afficiantur, danda
tibi

Canis or-
bem Lu-
na conspi-
ciens qd.

Amuletū
in obre-
tionē.

ibi est opera, ne subitus ita impetus animi à sua sede & statu dimoveat: sed dissimulandum, fingendaque vultur hilaritas, qua prę te feras, quàm minimi aut nullius planè momenti ea sint, quæ falsò & temerè in te iaculantur. Sic enim fiet, vt tua hac tolerantia, calumniarum artifices desinant, maledicta & noscāt sua: vel impotenti quodam dolore percussū rumpatur, quòd obesse tibi non potuerint. Inhumanum verbum est, & quidem pro iusto receptum. Vltio: & à contumelia non differet, nisi ordine. Qui dolorem regerit, tantum exultat. vs peccat. M. Catonem in balneo quidam percussit imprudens (quis enim illi sciens faceret iniuriam?) Postea satisfaciēti Cato: Nō memini, inquit, percussam me. Melius putavit non agnoscere, quàm vindicare. Nihil inquit, illi post tantam petulantiam mali factum est: Imò multum boni: cępit Catonem nosse, Magni animi est iniurias despicere. Vltionis cō. uneholissimum genus est, non esse visum dignū, ex quo petere vtio. Multi leuis iniurias alius sibi demisere, dum vindicant. Ille magnus & nobilis est, qui more magnæ ferę latratus minorū canum securus obaudit. Audiamus tandem consultorem optimum in primis iuxtaq; lepidissimum Comicum Philemonem:

ἡδίων ἔστιν, ἔδρι μὲν κἀτῆρον
 ἔστ', ἢ δύνασθαι, λοιδορομένον φρεν.
 ἔλοιδορῶν γάρ, ἂν ὀλοιδρομένον
 μὴ προσμοιῖται, λοιδορεῖδ' ὀλοιδροῶν.
 Quod ita Latine sonat:

*Iucundius nihil est, neq; etiam concinnius
 Est, quàm posse conuiciantem ferre:
 Nam qui conuiciatur, eo, in quem conuiciū
 iacitur.*
*Dissimulans tacentēq; efficit vt sibi ipse
 conuicietur.*

Centet nullam autibus iucundiorē musicam, quàm tacere alterum, altero cōuiciante. Cū enim patienti animo, sed & forti pectore quis maledicta perferre ac pati potest, efficit ille qui de mō dissimulandi, vt male uicus sibi maledicat, id est, uū morbum prodar, sed sibi potius quàm alteri noceat. Cū porò impune obtrectat quis, nullo presente, qui contra eam, dicitur. Geæco adagio, ἰτερο μὲν ἑλιος δὲ κη, heteromolien causa. In eo vincit lepes, qui pa-

ti possit. Ita Seneca: Viri boni est scire pati, non facere iniuriam. Idē B. Hieronym. ad Eustochiū: Apud Christianos, vt quidam ait, non qui patitur, sed qui facit contumeliam, miser est. Ibidem: Irasci hominis est, signum iracūdiæ imponere Christiani. Contemni enim leuius est, quàm stulticia percuti, ait Mimus vetus. Nempe maledictum interpretādo facis acrius, & si bene subduxeris, falsum maledictū, maleuolum mēdaciū est. Ex multis festum sanè occurrit veteris cuiusdam Stoici cauillum, apud Senecam, epist. 91. Eleganter Demetrius noster solet dicere, eodem loco sibi esse voces imperitorum, quo ventre reddjos crepitus; nihil enim referre, an sursum, an deorsum sonēt. Horati j istud congruit 1. Epistolar.

*Mordear opprobrijs falsis, mutēne colores?
 Falsus honor iuuat, & mendax infamia
 terret.*

Quem, nisi mendosum & mendacem?
 Et Cicero 2. in Antonium: Me ijs dictis nescit ledat an laudet. Sed Hieronymi ista mihi placent, vt omnia, in ea, quæ est ad Rusticū: Sicut sagitta, si mittitur cōtra duram materiam, nonnumquā in mittentem reuertitur, & vulnerat emittentem: ita detractor cūm tristem faciē videt audientis, in dō non audientis, sed obcurantis aures suas ne audiat, illicō conticescit, pallēt vultus, hebet labra, salua siccat. Nempe quod Ouidius:

*Conscia mens recti fama mendacia ridet.
 Nec sanè displicet locus Senecę de ira, c.
 33. Ira habet aliquam voluptatem, & dulce est dolorem reddere? minime. Non enim vt in beneficijs honestum est merita meritis repelare, ita iniurias iniurijs. Illic vincit turpe est: hic inhumanum vincere. Hæc ille. Meminerit ergo vir bonus, sibi non esse iniurias iniurijs compensandas, neque rabie cohibendā petulantiam: quia, quod iurise. Innocentia reus purgatur, nō relatione criminis, l. 16. qui, 5. ff. de publi. iudic. Quid tandem?*

*Dura aliquis precepta vocet:
 Sed perlegat elegatē Plutarchi disputationem. Quomodo quis vilitatem capiat ab inimicis, & fortasse amplius, quod desideret, nihil erit.*

Catonis
 tolerantia.

Demetrius
 dictum.

Heteromolien
 causa.

Aliquid